



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

II. Literae a tribus mensibus ante obitum delegantis impetratae, eundem debent tempore successoris sortiri effectum, quem, si adhuc ille viueret, habere debuissent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

tigantium a proximo festo purificationis super causis, de quibus episcopus cuius iurisdictioni saltem is qui conuenitur, non subiacet, non fuerit requisitus, vel iudices, clerici supradicto modo non fuerint electi, & literas a nobis duxerint impetrandas, per quas examinatio iurgiorum vel diffinitio iudicibus non ordinariis committatur, careant impetratis, & ad suorum audientiam iudicum ordine debito negotia reuertantur. Sic enim subterfugiis occurrere discepcionum volumus, vt dum eorum calliditatibus obuiamus, eis alium ad iustitiam aditum referemus. Cum vero aliqui iustam causam habuerint nostram presentiam adeundi, literas eis dimissorias non negetis, feriem negotii continentes. Hoc autem de factis ad nos appellationibus disponentes, super illis quæ ad archiepiscopos vel primates fieri contigerit, antiquorum ordinem Canonum non mutamus.

CAP. II. *Idem eisdem.*

Quoniam ad episcoporum maxime spectat officium, afflictis & laborantibus subuenire, vnumque illorum (licet deficientibus meritis) Deus nos esse voluerit, prospicere tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis casibus per Romanæ visitationem ecclesiæ, laboris sui, quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustretur effectu. Inde siquidem fuit, quod nos multorum prospicere volentes expensis, & alleuiare labores, de consueta misericordia duximus statuendum, vt literæ prædecessoris nostri Urbani tertii a tribus mensibus ante ipsius obitum destinata pro facienda iustitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicuius præiudicium non continent aut calumniam æquiritatis, eundem habeant tempore administrationis nostræ effectum, quem habere, si adhuc ille viueret, debuissent. Cessante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandauit agendum, & nemo ad nos excusatione huiusmodi accepta de sua iustitia obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare.

CAP. III.

Ex literis quas ad nos tua destinauit fraternitas, euidenter accepimus, quod cum causam quæ vertitur inter
Concil. Tom. 27.

X X X X